



AN. XVI - N. 96
AN. D MCMXLVI
MM DECEMBRI et JANUARIO

Palaestra Latina



Ordinarii et Superiorum licentia



Salve aeterne vates!

*Augusta salve gloria patriae,
Cinctus coronis tempora laureis
Qui temporis vincis ruinam
Perpetuo meditatus oestro*

*Ausona miro concita carmine
Surrexit arvis et modulamina
Sub fronde languenti salictum
Te zephyris sociare vidit.*

*Nunc laude numen magnifica tuum
Suspedit altis, ardua cantica
Atlantidos miratus orbis
Ingenuosque modos, in astris.*

*Quamquam sepulcri triste silentium,
Supreme vates, ora premat grave,
Cantabis et gentes per aevum
Blandisonis recreabis hymnis.*

ALOISIUS MARIA CANALS, C. M. F.

Compositiones vertendae

II. — PRO ALUMNIS SUPERIORIBUS

PRINCIPIOS DE LA LITERATURA LATINA (B) .

Pero mucho más tarde¹ aparecieron² en Grecia³ los estudios literarios⁴; porque, desde la fundación⁵ de Argos⁶ y Atenas hasta Homero, pasaron⁷ cerca de nueve siglos⁸, en los cuales ningún vestigio, apareció de literatura⁹. Los romanos por el contrario¹⁰ pasaron casi instantáneamente¹¹ de la rudeza a la cultura¹² merced al (=por el) impulso de los griegos¹³, quienes vencidos por las armas de los romanos, triunfaron¹⁴ de los vencedores con la fuerza¹⁵ del ingenio. Y no progresó¹⁶ menos rápidamente¹⁷ la literatura desde los primeros balbuceos¹⁸ hasta una vigorosa y perfecta edad viril¹⁹ mediando (sólo)²⁰ unos ciento cincuenta años entre la época²¹ de Andrónico y la de Cicerón.

NOTAS. — 1. *serius*. — 2. *existare*. — 3. *apud Graecos*. En latín se pone generalmente el nombre de los habitantes (gentilicio) por el de la región. — 4. *studia litterarum*: *litterarius* no es clásico: cuando los autores posteriores lo usan, va generalmente unido a *ludus*. Adviértase que muchos adjetivos suelen expresarse en latín con un genitivo objetivo: *praecepta morum*, preceptos morales. — 5. tradúzcase por el participio pasivo: concreto por abstracto español. — 5. *Argi. orum m. pl.*: únanse en la traducción las dos ciudades mediante la enclíctica *que*, que se usa para expresar la íntima unión de dos conceptos o palabras.

7. *inter... interesse*. — 8. No se diga *sae-*

culum: dése un giro equivalente. Cfr. tema anterior n. 24. — 9. *litterae, arum*. — 10. *At contra*. — 11. *celerrime*. — 12. *ex agresti vita excoli ad humanitatem*. — 13. tradúzcase: *impulsados, impellere*, por los griegos o bien con un ablativo absoluto con *auctor* (=consejero). — 14. *aliquem subigere*. — 15. puede omitirse y dejar sólo *ingenio*: la frase queda de este modo simétrica con la anterior. — 16. *procedere*. — 17. *celeriter*. — 18. *a primo ortu*. — 19. en sentido propio se dice *aetas jam constans, media, iam firmata, confirmata, corroborata*; en sentido figurado puede decirse *maturitas*. Aquí *robusta quaedam ac solida maturitas*. — 20. *interjectus* con ablat. abs. — 21. *aetas*.

EL MÍOPE

Un míope, que iba de viaje, no sabía el camino. Entreviendo al borde de la carretera un cuervo posado sobre la piedra vertical de un sepulcro, creyó que era un hombre que estaba de pie en aquel sitio y al punto comenzó a preguntarle el camino repetidas veces. Al cabo de un rato, el cuervo voló de allí. Entonces el míope le dijo: Cuando te he preguntado por el camino, ¿por qué no me has respondido? Ahora pues que el viento te ha llevado el sombrero, yo tampoco te lo diré.

NOTAS. — *Míope, myops, opis*. — *ir de viaje, iter facere*. — *entrever, conjectare*. — *carretera, strata, ae*. — *vertical, oblongus*. — *estar de pie, stare*. — al cabo de un rato, *post aliquid temporis*. — *llevar, auferre*. — *sombrero, galerus*.



SPES — DICCIONARIO ILUSTRADO LATINO -
ESPAÑOL ESPAÑOL - LATINO. — 2.^a ed. revisada por D. Vicente García de Diego. Ptas. 30

SPES — DICCIONARIO ABREVIADO LATINO -
ESPAÑOL ESPAÑOL - LATINO — Reducción del anterior para los primeros cursos del bachillerato. Ptas. 14

PABÓN-ECHAURI — DICCIONARIO GRIEGO
ESPAÑOL con lista de formas verbales y apéndice gramatical. — 2.^a ed., revisada por D. José M.^a Pabón. Ptas. 40

DICCIONARIO GENERAL ILUSTRADO DE LA LENGUA ESPAÑOLA.
Prólogo de R. Menéndez Pidal y revisión de S. Gili Gaya. Ptas. 100

CARACTERISTICAS PRINCIPALES DE LA OBRA

Ahonda en los usos y significado esencial de los verbos mediante una sistemática concatenación de sus acepciones.

Extrema la claridad en la explicación de preposiciones, conjunciones, adverbios.

Recuerda el origen de las palabras, mediante etimologías, prefijos, sufijos, parasintéticos, dobles etimologías.

Facilita la rápida y segura consulta de la Gramática, mediante la científica explicación de su terminología y los resúmenes de sus normas principales.

Trata los términos de religión, filosofía, derecho, etc., con especial rigor científico, dentro de la obligada concisión.

Señala los vocablos y giros incorrectos, junto con la expresión que debe substituirlos.

Da los plurales, diminutivos, pretéritos, etc., cuya formación puede ofrecer dificultades.

Conece las ilustraciones, no como un mero adorno de la obra sino como explicación gráfica de la palabra.

EDITORIAL SPES
Paseo Emperador Carlos 1, 149
Telegr. EDISPES BARCELONA - 13


Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

VINOS DE MISA

J. DE MULLER, S. A.

TARRAGONA

Casa fundada en 1851



Medalla de Oro en la
Exposición Vaticana de 1888 (S. S. León XIII)
Proveedores de Sus Santidades
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

Garantía de absoluta pureza
E X Q U I S I T A C A L I D A D

Certificados del Excmo. Sr. Arzobispo de
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

PALAEstra LATINA.

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 15 pesetarum in Hispania et Lusitania, 16 pes. in America et Philippinis insulis, et 17 pes. in reliquis civitatibus. — Premium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Bartinone. — Apart. 1042

Summarium: *¡Salve aeterne vates!, Canals.* — Compositions vertendae. — De Verdaguerio poëta, *García.* — De H. Verdaguerii Canigone poëmate, *Molina.* — Qui dormit... nihil lucratur. — Comentario al c. VI de la Ilíada, *Ruiz.* — Sommium Elisabeth, *Viñas.* — Nova et Vetera, *Mir.* — Mercurius, *Giral.* — De memorandis Dni. Quixoti gestis in processione Virginis Mariae, *Canals.* — Bibliographia, *Ramos, Tristanius.*

De Verdaguerio poëta

Verdaguerius, decus Catalauniae atque Hispaniae ornamentum, in vico Folgarolas a. 1845 in lucem editus est, ibique pietate primisque litteris eruditus. In Ludis Floralibus a. 1865 primum coronatus est, a. vero 1870 sacerdotio auctus sacrisque initiatus. Plus mille et ducenta ejusdem carmina numeris musicis inscripta sunt. A. 1886 praestantissimo poemati Canigoni finem imposuit; a. tandem 1902, die 10 mensis junii, illisque prolatis verbis: *Jesu, Jesu, custodi me, spiritum Deo tradidit.*

VIS POETICA: Verdaguerium eximium fuisse poëtam, nemo qui vel unam Atlantidos legerit stropham, sane ambiget. Juvat nihilominus præcipuas illius ingenii virtutes, quamquam obiter, hic depromere. Spendet in primis celeritas quaedam ingenii, uberrima semper et inexhausta. Qui nunquam, ut ipse ait, patriæ ambitus erat transgressus, adeo vivide Titanes depinxit, adeo vere illam monstruosam orbis ruinam, ut paene sub ejus oculis contigisse putares.

Fuit etiam corde poëta. Pulchrarum rerum: naturae, patriae, virtutis, magnarum rerum gestarum, in primis vero pulchritudinis Dei sanctissimaeque Eucharistiae, sese constantem amatorem præbuit. Opera poëtica accurato labore præparabat. Priusquam Canigoni poëmati extremam manum imponeret, totam saepius illam Pyrenaeorum partem peragravit, quae futura suarum narrationum esset scaena. Similiter fluctus ac magnitudo maris Atlantidem in animo excitarunt atque generarunt.

EJUS OPERA: In Verdaguerianis operibus *Atlantis*, *Canigo*, *Idyllia*, *Amorisque mystici carmina* profecto eminent: in illis quidam litterati viri poëtam Dantis Vergiliique aemulum faciunt; in his vero ejus amor purus, suavis, exquisitus sacrae Eucharistiae excelsum atque perenne evexit pietatis monumentum.

Ubique in omni carmine summus semper patet et princeps poëta.

H. GARCÍA, C. M. F.

Celsonae.

De Hyacinthi Verdaguerii Canigone poëmate

Adhuc virent diademata certatim Verdaguerio texta. Etiam nunc laudibus cho-
ri resonant, quibus centesimum nativitatis annum e suis vatibus clarissimi, celebrat
Catalaunia atque Hispania. Praeconiorum ergo concentui PALAESTRA ingerere cupit
vocem, laurique folium coronae Verdaguerianae imponere.

Duobus in poëmatis immortalitate dignis, ingenium Catalaunici vatis eminet:
Atlantis et Canigo.

Bis saltem ad primi cognitionem sese rettulit PALAESTRA (cfr. n. 58-60), nunc
vero, ad alterum operam studiumque conferre in animo est. Agemus igitur de ar-
gumento ac de dicendi genere poëmatis.

Vates, ait, Josephus Ixart, in Canigonis descriptione historicam narrationem
fatorum figmento conserit. Nemoris instar atri, super radices montium explicatur
narratio; fatarum vero figmentum caligine fluitanti culmina obnubilat, dum fulgura
luce redimunt Pyrenaici gigantis tempora, perpetuā nive coronata. Historica nar-
ratio, phantasticum commentum ac denique Pyrenaici montes: en sane materies et
forma, totiusque poëmatis scaena.

Narrationis initium, penitus in Maurorum clade apud Ruscinonem quaerenda
est; cum Guifredus comes, militum imperium concredidit sobrino, qui, eo invito,
proelioque commisso, vietus est. Comes intulit Mauris cladem, atque ingressus
Sancti Martini sacellum, quo fratris filius confugerat, eum ipse necavit. Ab hujus-
modi simpliciori narratione vates in sublimiorem poësim rapitur.

Longae atque arduae gestationis opus fuit Canigo.

Etenim operosus Verdaguerius, Ruscinonem peragravit ac pristino bibliothecarum
viarumque pulvere perfusus est. Quod vulgo «Maladetta» vocant, voluit
quondam scandere, hiatuque montis absorptum ducem suum vidit, ipseque adhaerens
saxis, aegerrime sese eripuit. Tantum in poëmate Verdaguerius sudavit et alsit.

I.^o Poëmatis argumentum. — Ferrisecans,¹ Ceretanorum comes,² cum Gentile³
filio Guifredoque⁴ fratre, Ruscinonis⁵ comite, in sacellum Sancti Martini ingredi-
tur. Guifredus, equestribus armis juvenem condecorat. Choream puellae ducent,
qua soluta, Griselides,⁶ quam Gentilis adamat, amasio coronam obtent. Fero autem
Ferrisecantis nutu juvenes stupent.

In castro Helenae⁷ mauros adesse fertur. Ferrisecans Portum Veneris,⁸ Guifre-
dus vero Corneliam⁹ ad arcem pergit cum Gentile, quem in specula vigilem consti-
tuit. Canigo stat procul nivibus coronatus. — «Cerne, insusurrat armiger, cerne
fatarum pepla in cacumine, potentissimis ensibus puleriora. Gentilis ad jugum
peruenit, ubi Flos Niveus,¹⁰ fatarum regina, Griselidis sub specie equitem fascina-
tione blanditur, eburneoque curru evehit ad videndum regnum. Currus Pyrenem

1. Tallaferro. — 2. Conde de Cerdña. — 3. Gentil. — 4. Guifré. — 5. Rosellón. — 6. Gri-
selda. — 7. Elna. — 8. Port Vendres. — 9. Cornelà. — 10. Flor de Neu.

lustrat. Mirificae perpetuorum montium descriptiones. A taediferis suis Ferrisecans comitatus, Mauros, qui Caucolliberim¹¹ nuper e navibus desilierunt, aggreditur. Mauri Christifideles adstringunt, qui tamen ignem injiciunt navibus, quibus captivi vehuntur. Gentilis vero Floris Nivei amore saucius conubia inire exardet.

Munera, nuptialia ceterae fatae parant mirumque carmen Ruscinonis decōri concinunt, dum fatarum regina se ipsa ad pompam ornat. Sed heu! Guifredus adest, qui furens deceptum juvenem in praeeceps agit. Flos Niveus ad nuptias exornata insanit vesaneque ululat. Guifredus e Canigone ceu fulmen Caucolliberim sese conjicit. Urere enim vidit Maurorum naves, singularique pugna gigantem Gedhurium¹² trucidat. Victoria de hostibus parta, initur gigantis inhumatio. Cum monachis de Rivipullo, comitum quoque trater, abbasque Oliva adest. Tum armiger corpus Gentilis parenti prodit. — «Quisnam necavit filium?» — «Egomet», ait Guifredus frater, in quem Ferrisecans, gladio nudato, irruit.

Ille tamen ab Oliva protectus ad sacellum Sancti Martini confugit. Januae sacrae cedunt iētu Ferrisecantis, cum: *Ego te absolvol*, ab ipso abbate prolatum, necatoris nefas abluit. Ferrisecans e manibus ensem projicit flexisque genibus filii homicidam amplexatur. Numquam relinquere Canigonem, monasterium aedicare, vitamque degere ad Gentilis sepulcrum constituit Guifredus, qui domum adit ut uxorem postremum amplexibus adstringat.

Vesania Griselidis, certioris de morte Gentilis factae, comitum fere simul concurrens obitus et monachorum in Canigonis ascensus ad Crucem defigendam atque deturbandas e solio fatas procul evanescentes, perficiunt poēma; cuius e culmine prospiciuntur maurorum eversio, Catalaunici populi Hispaniaeque gloria atque finalis Crucis triumphus.

II. *Dicendi genus et forma poēmatis.** — «Nuper Canigonem legi, et etiam nunc stuporis et imitationis pondere labore». Ut magister eximius, omnes qui Canigonis legerint poēma audacissimo Verdaguerii numine exornatum. Ad lectoris obleamentum optima capita operis attingere, quamquam summatim, nobis desiderio est; exiguum autem hujusmodi lucubratiunculae spatium non fert ulla transcribere; idcirco ea tantummodo leviter notavimus.

Verdaguerius in primis naturae poēta appetit. Quam ergo plurima vatis ingenio suggesterunt, ut asserit M. y Pelayo, «perpetui montes ingenuis oculis conspecti ac divino quodam animo, qui sub natura rerum arcanos sensus discernit atque calleat». Magnam rem atque diffusam poēmatis pereleganti splendidaque forma exornare assecutus est. Canigo est opus quod criticis scriptoribus quandam elementorum partiumque varietatem complectitur. Fere omnia rhetoricorum genera mira concinnitate consortioque continet. Hic lyricorum sensus (*cant. I - II - III - VI - X - XII*) et epicorum (*cant. V - VII - VIII*) et suspensa dramatis enodatio (*cant. VII - IX*). Praesertim vero mentem arripiunt descriptiones, tum orographicæ (*cant. IV*)

^{11.} Coll-lliure. — ^{12.} Gedhur.

* M. M. y Pelayo, in litteris auctori, Matriti 25 Decembris anni 1886 datis.

ubi «Pyrenes formam speciemque titanis tuo scalpro subit» —et ubi— «illud *Malandetta*» culmen, cyclopeae poësis monumentum in rupe sculptum videtur» (M. y PELAYO); tum archaeologicae uti claustrorum monasterii Rivipulli descriptiones (*cant. XI*). Epilogus tandem decora prosopopaea et odem et elegiam idylliumque sapit.

Quispiam forte judex acer, ob uberrimam Verdagueriani numinis naturam, unitatis expers hoc opus autumaret. Quaenam in Canigonis praecipua pars est? Num fatorum commentum aut fortasse Guifredi comitis homicidium, aut monasterii aedificatio?

Numquid in Ruscinone clades, fatarumve inanis superstitionis eversio? Primo quidem obtutu, nimia satis et varia huic uni poëmati intulisse poëta videretur; proindeque non unum sed plura subjecta praestantissimum sibi locum expostulare. Nec operi deest rei unitas, ait J. Tolrá de Bordás, cuncta enim gesta unius nexum constituant... Canigo symbolicum est prorsus poëma. Hujus symboli res est: erroris in devincentem veritatem pugna; quapropter et tempora et scaena, secundae partes et veteres narrationes adjunctae cunctaque demum in unum communemque finem conspirant: triumphum scilicet veritatis ab errore, reportatum patriae et religionis fide et amore.

Satis de Canigone. Quam rite poëta, si pudor non vetasset, illud Horatii: «Exegi monumentum aere perennius», sibi vindicare potuisset. Monumentum sane quam Atlantidis poëma ad unguem forte castigatus, indole nimirum atque natura valde humaniore perfectus. Quin alteri meritum denegetur, altero tantum sibi immortalitatem comparavisset, Verdaguerius vatum Catalaunicorum princeps, ut enim criticus quidam scriptor asserit, si Atlantis genium innuit, Canigo magnum poëtam plane commonstrat.

MARIANUS MOLINA, C. M. F.

Celsonae.

Qui dormit... nihil lucratur TIBERIUS, CORNELIA, PAEDAGOGUS

CORNELIA —(*Paedagogo*). Jam est hora quarta, neque adhuc Tiberius jentatum descendit... i, voca, excita eum (*abit paedagogus*).

PAEDAGOGUS. — (*ad januam cubiculi*). Stertit. et ejus sonitus reboat, ut obstrepentis ranae... (*prope lectum*). Surge. edepol. surge.. expergisce-re... nonne te pudet usque in medum ditem somnum producere?.. silet... (*talitro nasum ei percutit*). Heus, tu quid agis? Surge, te voco Tiberi.

TIBERIUS —Quis hoc clamoris edit? Ut molestus ille per rimulam radius! Quid vis? Hodie est feriatus dies: scholam magister non habet.. dormire volo quantum libet; abi, sis, et occlude fenestram.

PAEDAGOGUS. — Te mater, vult... jam sati somno indulsistil.. nunc surgedum est.. Supervenit quoque vetula nostra vicina cum calida placenta, mox e furno deprompta avetque te salutare.

TIBERIUS. — Unde venit, rursus abeat ve-

- tula. Ferre istum radium solis non possum... abi et occlude fenestram (*Paedagogus abit*).
CORNELIA. —(*Redeunti*). Quid agitur?
PAEDAGOGUS. —Versavit se in alterum latus depositque caput sub linteis artius dormiturus.
CORNELIA. —(*Irruens*). Surrecturus es an non? Oscitas? Bellulum sane bellulum! Dum ita oscitas teque extendis, abi hora. Heja, age, rumpe moras. (*paedagogo*). Interea sum in atrio et opperior, dum surgat (*abit*).
TIBERIUS. —(*paedagogo*). Quid tu?
PAEDAGOGUS. —Ut illico surgas... relinquendus est hic tepidus nidus.., audi
 «sex horis dormire sat est juvenique [senique septem vix pigro, nulli concedimus [octo.]»
TIBERIUS. —Quota hora est?
PAEDAGOGUS. —Hora quinta.
TIBERIUS —Erratis uterque, tu et horologium.
PAEDAGOGUS —Minime vero; surge illico; noli displicere matri.
TIBERIUS. —Dictum factum! (*vix pede tangit humum*). Hui, ut refrixit aërl Quid est hoc solis, quod ferre non possum? Apage te hinc pauxillulum.
PAEDAGOGUS. —Immo intuere, fili, hanc tenuem fulgentemque lineam, quae tam acriter cubilli insiliens increpat somniculosum. Vide, quot corpuscula in una parte solis minuta volvuntur! Quae eorum varietas! Quae formal! Qui motus! Sunt quaedam laevia, alia aspera, alia rotunda, alia virgulata. Alia sursum saltunt, alia deorsum ruunt. Si hoc intus, quid foris fiet? Quid in mari? Quid in silvis? Quid in rerum omnium universitate? Omnia se movent, suo quisque indulget labori (*aperit fenestram*).... aspice caelum, prospice terram.
 Hirundines tectorum per culmina volant, resonant turres plausibus columbarum, in tectis titiant passeress, in vallibus muglunt boves, in vls stridunt plastra. Ubique fervet opus. Tu quid, fili mi? Tu pexus et bellule ornatus nihil agis, quod te dignum sit. Dormire, ludere, comedere, obambulare, hi sunt tui summi labores.. Qui geminas temere abicit, eum dicimus dementem, qui diei partem cottidie vitae curriculo furatur, nonne eum dementeui appellabimus? Non acceplimus vitam brevem, sed facimus Id cogitat Satis longa est vita, si tota bene collocatur, maxime si matutinas horas, quibus homo totus est homo, dum viget animus et mens tranquilla quasi ad Deum immortalem ascendit, nobis nostra sponte non amputamus. Quid, fili?
TIBERIUS —Bene mones, recte dicas.
PAEDAGOGUS. —Descendamus in atrium, quo, cum intraveris, matrem salubris.
TIBERIUS. —(*Matri sedenti ad focum*). Salve, mater amatissima; salve!
CORNELIA. —(*Subridens*). Placidone somno functus es?
TIBERIUS. —Placido.
CORNELIA. —Preces effudisti Deo?
TIBERIUS. —Breves effudi. Quo illt Cagus fraterculus?
CORNELIA. —Ilt cum patre ad macellum obsonatum.
TIBERIUS. —Et vetula?
CORNELIA. —Abiit.
TIBERIUS. —Et placenta?
CORNELIA. —Ea quoque abiit.
TIBERIUS. —Ecquo?
CORNELIA. —In stomachum fratris.
TIBERIUS. —At ego?
CORNELIA —Panem siccum cum sale.
TIBERIUS —Nolo hunc.
CORNELIA —Aut hoc, aut nihil.
TIBERIUS. —Cur ceteris omnia, mihi nihil?
CORNELIA. —Quia dormiens, ut est in proverbio, nihil lucratur. (1)

¹⁾ PASQUETTI, ex opere *Roma antea da vicina*, Palermo, Sandron.

149. *ἡ μέν... ἡ δέ*], «una... otra»; este caso de uso demostrativo de *ὅ*, *ἡ*, *τό* perduró en la lengua clásica. — *φύει*], «*nascitur*»; en cambio, antes (148) «*gignit*». — *ἀπολύγει*], «perece», se acaba.

150. *δαήμεναι*], «saber», de la raíz ind. eur. *dns*; formas homér. *δέδαε*, «enseñó»; inf. aor. *δαῆναι*, *δαήμεναι*. ptc. *δεδαώς*, «hábil, instruido»; cf. *δαήμων*, *δαῖψρων*, «sabedor, inteligente».

152. *Ἐρῷη*]. Para los antiguos (Aristarco) es Corinto; Efira (de *ἐρῷα*, *o* = *u* por eolismo) sería la acrópolis o atalaya de Corinto, y ésta propiamente la ciudad baja. Sobre Corinto cf. B 570 y N 664. *μυχῷ* A.], «en el seno», en el interior de Argos, porque la Corintia era dependencia de Argos. Belerofonte, corintio, obedece al argivo Preto.

153. *χέρδιστος*], «el más astuto»; sup. del sustantivo *χέρδος*, «ganancia», comp. *χέρδιον*, «más provechoso»; cf. *φίγιον*, *φίγιστος*, de *φίγος*, lat. *frigus*.

156. *ἡνορέγη*] = *ἀνδρία* o *ἀνδρεία*, «valor», fuerza; para *α* = *η* cf. *ἀγ-ήνωρ*.

160. *τῷ δε*], por Belerofonte. — *ἐπεμήνατο*], «enloqueció de amor. — *δῖα*», dicho formulariamente, como *δῖον Αλέξανδρον* ($\Gamma \epsilon 352$) o *ἀμύνων Αἴγιαθος* ($\alpha 29$).

162. *πειθεῖ*], «logró persuadir»; impf. de *conato*. — *ἀγαθὰ φρονεων*], «prudente», sensato. — *δαιφρων*], aplicado a un guerrero, «valiente», pues la pericia es la que atañe a la guerra; en la *Odisea*, *δαιφρων* se aplica también a la pericia en las artes, y como epíteto de las mujeres equivale a *περίφων* «discreta».

164. *τεθνάγης*], «Así mueras, si no matas a...»; opt. del pf. *τέθνηκα*; el tema de perf. alude al estado, al hecho de quedar muerto. — *χάκτανε*], «mata» imp. por *χατάκτανε* (síncopa), de *χατακτείνω*.

165. *μ'* = *μο!*. — *ἔθελεν... οὐκ ἔθελούσῃ*], contraste buscado: «quería contra mi voluntad»: *mibi... invitae*.

166. *χολος*], «cólera», arrebatado de ira, distinto de *μῆνις*, «rencor»; cf. A 1 la ira o rencor de Aquiles, en contraste con A 387 *Ἄτρετων χολος λάζεν*; el aor. *λάζεν* indica bien la acción de arrebato, no de permanencia. — *οἶον*]. De suyo, exclamación indirecta; aquí expresa causa: «Le arrebató la ira al oír tal cosa».

167. *ἀλεσίνε*], «evitó»; de *ἀλε-είνω*, emparentado con *ἀλέ-ομαι*, *ἀλεύω*, «uir, esquivar», *ἀλώσω*, «andar errante». — *σεβάσσατο*], «tenía escrupulo», no le permitía su conciencia cometer un homicidio; de *σεβάζομαι*, «vereor», lo mismo que *σέβομαι*; cf. *σέβας*, «temor o reverencia de los dioses».

168. *Λυχίγδε*]. En toda esta leyenda de Belerofonte hay un fondo de historia de emigraciones al Asia Menor, anteriores tal vez a la dominación aquea. La Licia, según Heródoto (I 173), fué primeramente poblada por cretenses; los licios, sin embargo, más asiáticos que aqueos, serán los principales aliados de Troya; cf. Z 78. — *ο γε* Preto; *ο γε* hace resaltar la identidad del sujeto. — *σήματα λυχοά*, «signos funestos»; alusión a la escritura (cf. H 175), que prueba sin duda que el uso de la escritura no se perdió del todo desde la época micénica. Hacia media-

dos del siglo VIII la escritura fué empleada por vez primera para perpetuar los nombres de sacerdotes, magistrados y atletas vencedores. Casi inmediatamente debió de emplearse para la conservación de los mismos poemas homéricos.

169. ἐν πίνακι πτυχτῷ], «en una tablilla plegada»; se trataría de tablillas cubiertas de cera y plegadas una sobre otra, cerradas y selladas luego, a fin de que el portador ignorara su contenido.

170. ἤγωγε], «le mandó»; sería preferible la lección de van Leeuwen ἤγωγεν del pf. ἤγωγα.

173. προφρονέως], = προθύμως, «cordialmente», sinceramente; el mismo sentido que πρόφρων, de donde deriva.

174. ξείνισσε], «la agasajó como a un huésped»; la ley de buena hospitalidad pedía que primero se agasajara al huésped y luego se le preguntara por la causa de su venida.

176. ἐρέεινε]. No se refiere a las preguntas sobre patria y familia, que se hacían inmediatamente, sino sobre el motivo concreto de la visita. — σῆμα], «la señal», es decir el πίναξ de 169.

179. Χίμαιρα], «la Quimera», monstruo que en seguida describe el poeta: πρόσθε λέων, ὅπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα; cf. HESIOD. Teog. 319, sgt. — ἀμαρτικέτην], palabra de etimología oscura, que los antiguos interpretaban por «invencible», terrible, indomable, etc.; según BOISACQ = ἄμαχος, ἀμάχητος y ἀμάχητος; de α privativa, μα, reduplicación intensiva, y κ = χ. Ese epíteto de la Quimera en II 329, Hesiodo l. e., y del mástil de la nave en ξ 311; cf. Pind. Isthm. VIII, 74 y Soph. Oed. R. 177.

183. τεράσσοι], «en los signos prodigiosos», que le aseguraban la protección de los dioses; dat. en -εσσι como κύν-εσσι, πόδ-εσσι, etc. junto a κυ(σ)σι, πο(σ)σι, etc. — πιθήσας], «fretus», confiado; ptc. aor. formado sobre el fut. πιθήσω, pues la métrica no consiente el normal πιθόμενος.

184. Σολύμοισι], «contra los sólimos», pueblo de Licia o limítrofe con ellos, quizás los indígenas que vencidos por los Licios se refugiaron en los montes; cf. Heród. I, 173.

185. καρτίστην], se une predicativamente con μάχην: «aquella decía ser la más dura batalla en que jamás entrara» (δύω, «hundirse», «penetrar»).


186. Αμαζόνας]. Las Amazonas, según los Schol. habitan junto al Termodonte y eran hijas de Ares y de la ninfa náyada Armonía. Su nombre les venía de carecer de uno de los pechos (ἀ priv. y μαζός) o de τὸ μὴ γρῆσθαι μάζας: etimología fantástica. Fueron un pueblo de mujeres guerreras que invadieron la Licia.

187. πυχινόν], «astuto, bien urdido»; de πυχινός = πυχνός, «bien cerrado, trabado, espeso; cf. πυχι-μήδης, «prudente». — ψαίνε], «tejió, tramó»; metafóricamente se usa con δολον y μῆτιν por compl.

188. κρίνας], «habiendo escogido»; κρίνω, lat. cernere, «cribar» tiene idea de separación; κριτός, «escogido», lat. certus, «lo separado», lo cierto.

DANIEL RUIZ BUENO, C. M. F.

NOVA ET VETERA



PICTURA 8.^a

PARS INTERIOR DOMUS - SUPELLEX - VICTUS - ILLUMINATIO

Domus finita est. Johannis patruus sedem in novo domicilio collocavit, cuius divisionem cognoscimus. [Nunc] quo modo domum instruxerit, videamus. Primum in cubiculum nos conferamus.

I. — CUBICULUM

1. — Intempestive advenimus, nam famula rebus domesticis intenta est.
2. — Super mensam comatoriam ¹ varia sunt instrumenta, quibus lavamur, capillos comimus, paucis verbis, quibus cultum componimus. Haec vero sunt truleum, ² aqualis, ³ penicillus comatorius, ⁴ pecten, ⁵ sapo, ⁶ spongia, ⁷ guttus ⁸ denique ad aquam dentifricam.
3. — Humi, ante mensam comatoriam, en situlam ad aquas sordidas. ⁹
4. — In procoetone ¹⁰ quasdam vestium perticas ¹¹ et duas umbellas pluviales ¹² in pluvialium repositorio ¹³ dispicimus.
5. — Juxta ostium, armarium speculatum, ¹⁴ quod linteal continet, invenitur.

6. — Occasionem, qua cubicularia¹⁶ lectum¹⁷ sternit, arripiamus, ut varias illius partes inspiciamus. Sponda¹⁸ institas¹⁹ continet supra quas Justina culcītam lanceam²⁰ depōnet. Postea e sellis duo linteamina²¹ et stragulum²² excipiet. Deinde in summo lecto pulvīnum²³ atque cervicalē²⁴ imponet, quae cum plumeo²⁵ super lecti tegētem²⁶ sunt. Muscario ex plagulis¹⁹ et aulaeo¹⁸ pulverem excutiet, quibus pars laboris absolvetur.

7. — Tunc digerere opus erit quae supra mensulam cubiculariam²⁸ sunt, intendere evigilatorium,²⁹ lampadēm³⁰ parare, cereum³¹ auferre ad palmatoriam de tergenda.

8. — Calāthum³⁴ quoque, juxta tripōdem,³³ componere oportet; acu pīcturam³⁵ complicare, atque in quasillo³⁸ digitabulum, filum,³⁶ acus,³⁷ forcices³⁹ recondere, atque clavi⁴⁰ mensulae operculum occludere.

9. — Justina mutabit aqualis⁴² aquam, monopodio⁴¹ impositi, quod in medio est. Sacchārum in sacchararium⁴³ immittet, volsellas⁴⁴ tergebit, peniculum [vestiarium]⁴⁶ auferet.

10. — Pars dextra cubiculi ei magno labore non erit, nam bisellum⁴⁷ atque pulvillum⁴⁸ locum suum tenent; cumque frigus non est, nihil e sua sede est demotum in foci⁴⁹ instrumentis. Munda sunt omnia, batillus,⁵⁰ forcipes,⁵¹ tripus,⁵⁵ cinerarium;⁵⁶ ignis umbraculum suam sedem obtinet atque lignorum capsā⁵² ramen-tis abundat.

11. — Opus tamen erit ex horologio,⁵⁷ ex candelabris,⁵⁸ ex arculis⁵⁹ pulverem excutere, ac denique speculum detergere.

12. — Quod autem ad pueruli cunabula,⁶¹ jam composita sunt.

MONITUM. — Professor verba hujus vocabularii majoris momenti seligere potest ut deversorii simplicius cubiculum describat.

II. — EXEDRA

1. — En tibi exēdrā; venuſulum quidem est conclave. Focus, qui ad dextram est, eleganti sigillo¹ et duobus vasis floralibus³ ornatur atque conopēo² ex velluto vestitur.

2. — Ne foci scintillae ſoream succendant, ignis umbraculum aereum appositum est.

3. — Juxta, elegans muliebre scrinium⁵ apertum est. Ibi domina²³ litteras scribit.

4. — Plagulae,⁶ —taeniis sublevatae atque velipendiis⁷ retentae—, et magnā velā textā cum palla⁹ superposita fenestrā ornant.

5. — In fenestrā lumine testa floralis¹¹ viridem atque mirificam palmam¹⁰ continent, cuius folia fere ad petrolei lucernam¹² pertingunt.

6. — Hujus lucernae radiaculum¹³ a Maria¹⁴ bellissima adulescentula, confectum est, quae ad clavichordium¹⁵ assidet. In sedili arrecta sedens lectioni vacat. Sollers est atque curiosa ut loculi¹⁷ musices, optime compositi, ostendunt.

7. — Paulus, ejus frater, librum¹⁹ in bibliotheca¹⁸ quaeritat; ipse est adulescens²⁰ inquieti animi atque molesti. Manu bibliothecam prensans ut librum, qui altius est, attingat, in periculo est projiciendi hermas²¹ quae desuper stant.

8. — Quod stulte factum ut patret tempore utitur quo cum amica colloquitur mater, apud quam haec matrona²² aliquot dies aget. Mater in bisellio²⁴ juxta arcisellum²⁵ sedet, amica vero in cathedra,²⁷ cuius dorsuale²⁶ tantum videmus.

9. — Praegrandis tabula,³⁰ e pariete pendulā, imaginem pictam propinquae prae se fert. In albo,³² mensae superposito, cognitorum photographiae collectae sunt. Pueri nuper illud manibus contredicunt, nam etiam nunc sellae mensae circumpositae sunt.

10. — Testa³⁴ porcellana Sinensis, quae juxta chartisēcam,³⁵ donata est Mariæ in die natali, atque intergeries,³⁶ exedrae latus celans, ab avunculo e Sina adsportata est.

11. — Haec igitur exedra, venustis tabellis³⁷ e pariete⁴³ pendentibus festivā atque lychnucho³⁸ suspenso e lacunari illustratā —cujus pirulae electricae³⁹ noctu tenuem lucem profundunt—, summae voluptati est. Mollis storea⁴⁰ quae in pavimento extenditur atque pulsabulum⁴¹ electricum, adeo utile, exedram efficiunt per commodam.

III. — CENATIO

1. — Cenandi tempus advénit. Omnes, praeter Mariam, circum mensam congregati sunt. Cenatio benigne calēfit optimo fūtili laconico, ¹ quod exili tubulo² est praeditum.

2. — Triclinium pauca continet ornamenti. Ad parietem super scabellum [eminens] fons,³ ornandi causa, appositus est. Proxime, abācum invenies in quo frigida, secunda mensa seu tragemāta, instrumenta escaria, quibus nunc opus non est, deponuntur.

3. — Ideo, in superiore repositorio, pullum gallinaceum assum,⁷ pisces,⁸ lācem fructuariam,¹⁰ quae fructus capit, cernimus. En tibi, inferius, caseum,¹¹ patēm,¹² acetabula,¹³ quae, necessaria ad acetaria condienda, complectuntur: oleum, acetum, sal,¹⁴ piper.¹⁵ Tandem in inferiore repositorio juxta sinapiarium,¹⁶ est libum.¹⁷

4. — Triclinii horologium,²⁰ quod pensile vocant, singulari instruitur forma. In tabella lignea includitur, quae insuper barometrum¹⁹ atque thermometrum¹⁸ complectitur.

5. — Circum diaetam tectorium²¹ e queru cerata diducitur. Palla²² ostium satis occludit, quod in pergulam patet; illuc post cenam [omnes] convenient ut cafēum sumant. Pocilli²⁴ cum catillis²⁵ supra abacum²³ appositi sunt.

6. — Super mensam, e lacunari, defigitur lychnus²⁶ qui noctu totam cenationem illustrat.

7. — Sed de ipsa mensa²⁷ agamus. Cum familiares ingressi sunt, mensa strata erat. Supra mantēle²⁸ in unaquaque sede appositus erat catinus,³³ mappa,²⁹ co-

chlear, ³⁴ fuscina, ³⁵ culter ³⁶ poculumque. ³⁷ Erant quoque lagoenae vinariae ³⁸ et vas aquarium. ³⁹

8. — Initio promus ³⁹ patinam ⁴⁰ intulit in qua parum sorbitionis adhuc fumat. Nunc primum ferculum ⁴¹ — carnem — ministrat. Deinde apponet quae jam memoravimus; tandem, post secundam mensam, opportunitatem nanciscetur — cum domini ad perculam convenient —, ad mensam auferendam atque cenationem ordine disponendam.

MONITUM: *Voces usitatae quae ad cibum spectant summatim hic traduntur. Index in duobus tabulis «Deversorium atque macellum» absolvetur.*

IV. — CULINA

1. — In culina, in quam per ostium semiapertum oculos conjicimus, mirificam quasi perturbationem cernimus. Ante focum, ¹ ubi ignis crepitat, veru versatile ² positum est. Assum ² optimum est in veru ⁶ atque torrēhit.

2. — Follis ⁸ atque batillus carbonarius, ⁹ qui modo usui fuerunt, sicut et ligna, humi restant.

3. — Quae supra fumarium, composita sunt; lanterna, ¹¹ capsula sulphuraria, ¹³ in qua sunt sulphurata, ¹² candelabrum, ¹⁴ palmatoria ¹⁵ cum cereo, ¹⁶ suam tenent sedem. Sed situla major carbonaria, ¹⁸ lithanthræce ¹⁷ plena, quam coqua nunc in cella complevit, in medio posita est.

4. — Certo illa misella ut prandium tempestive paret, festinare cogitur. Modo juxta clibanum ¹⁹ embamma ²⁰ versat ne comburatur.

5. — In furno ²⁰ libum coquit, quod ad merendam puerorum praeparavit. Supra clibanum trulla ²¹ pendet cum trua. ²²

6. — Vasa coquinaria, ²³ in extrema diaeta suspensa, valde munda sunt. Pulchri caccabi ²⁴ aerei, vas lactarium, ²⁵ colum, ²⁶ radula ²⁷ sedulo abstersa sunt.

7. — Salinum ²⁸ supra vasarium est juxta [capidem] theariam ²⁹ atque orcam oleariam. ³⁰ Loculamentum ³¹ verisimile est vasa escaria atque cultros culinarios continere.

8. — Scopae ³² atque muscarium ³³ in angulo sunt. Coqua modo truncum carnarium ³⁴ adhibuit, quem prope fenestram collocavit.

9. — Manutergium ³⁵ e pariete pendet, juxta infundibulum. ³⁶ In hac culinae parte reposita sunt eraticula, ³⁷ culter carnarius ³⁸ cum taxillo. ³⁹ Praeterea, insuper, supra pluteum ⁴⁰ exstant vasa, ⁴¹ caccabis ⁴² cum operculo ⁴³ et olla. ⁴⁴ Sartago ⁴⁵ juxta pendet.

10. — Epistomium ⁴⁶ aereum dumtaxat aliquem splendorem illo loco tribuit. Confluvium ⁴⁷ — in quo magna urna ⁴⁸ deponitur — percommode est; [infra vides] loculum — ubi aceti cupa ⁴⁹ fistula ⁵⁰ instructa asservatur —, [itemque] sordium fissellam ⁵¹ atque mensae vasa ⁵² immunda.

11. — Labrum, ⁵³ in quo lavantur legumina, ⁵⁴ atque ahenum, ⁵⁵ in pavimento testaceo ⁵⁶ depositum, in eo loculo asservanda sunt.

12. — Foci certo coquae non desunt, nam ibi in mensac angulo authepsa⁵⁹ gasaria est, in eaque aqua calēfit quae in lebēte continetur. Vapor,⁶⁰ qui ex illo exhalatur, (aquam) bullire indicat. Verisimile est illam ad cafēum conficiendum adhibitum iti, nam in extrema mensa gemellar caſearium⁶¹ atque molam⁶² vides.

13. — Authepsa cum fistula⁶³ gasaria per longum quajaci tubulum⁶⁴ conec-titur.

14. — Domestica⁶⁵ quae operam coquae praebet, legumina ad prandium pa-rat; [quae] ubi purgata ac lota erunt, in pelvim⁶⁶ injiciet usque ad coquendi horam.

V. — BALNEUM

1. — Ad praecipuas conclavis partes cognoscendas illud tantum restat — quo tamen parum modeste agemus —, ut balnei apparatus inspiciamus. Quod certe longum non erit, cum magna [diaeta] non sit; statim ergo sciemos labrum¹ habere laconicum, ² thecam saponariam³ praesto esse se abluenti, atque in pendilinteō⁴ facile manutergia⁴ siccarī posse.

2. — Haec diaeta parietes habet tesellis⁶ obtectos, quod quidem copiam prae-buit lavationem pluviale⁷ locandi, quin timeatur ne aqua, quae resilit dum [lava-tionem] adhibeas, parietes corrumpat. Labellum⁸ ex zinkio, quod ad abluendos pedes inservit, supelle⁸ilem compleat.

VOCABULARIUM

- I. 1 mensa comatoria, *tocador*, *table de toilette*.
2 trulleum, i, n., [-us, i, m.], *palangana*, *couvette*.
3 aqualis, is, m., *aguamanil*, *pot à eau*.
4 penicillus comatorius, *cepillo para la cabeza*.
5 sapo, onis, m., *jabón*, *savon*.
6 guttus, i, m., *frasco*, *flacon*.
7 situla ad aquas sordidas, *cubo*, *seau*.
8 procoeton, ñonis, m., *antesala*, *antechambre*.
9 + vestium pertica, *percha*, *portemanteaux*.
10 + umbella pluvialis, (+pluviale, is, n.), *para-guas*, *parapluie*.
11 + pluvialium repositorum, *paragüero*.
12 armarium *speculatum, *armario de luna*.
13 cubicularia, ae, f., *doncella*, *femme à chambre*.
14 sponda, ae, *armadura de la cama*, *bois de lit*.
15 instītae, arum, f. pl., *colchón de muelles*, *somier*.
16 culcīta, ae, *colchón*, *matelas*.
17 linteamen, inis, n., *sábana*, *drap*.
18 stragulum, i, n., *cobertor*, *colcha*, *couverte*.
19 pulvinus, i, m., *almohadón*, *traversin*.
20 cervical (-e), is, n., *almobada*, *oreiller*.
21 + plumeum [toral], i, n., *edredón*, *édredon*.
22 teges, etis, f., *alfombra*, *descente de lit*.
23 muscarium, ii, n., *plumero*, *plumeau*.
24 plagula, ae, *cortina*, *rideau*.
- 18 aulacum, i, n., *dosel*, *ciel de lit*.
28 + mensula cubicularia, *mesita de noche*
+ intendēre, *dar cuerda*, *remonter*.
29 *evigilatorium, ii, n., *despertador*, *réveille-matin*.
30 lampas, adis, f., *lamparilla*, *veilleuse*.
* palmatoria, ae, f., *palmatoria*, *bougeoir*.
34 calāthus, i, m., *canastillo de costura*.
35 acu piñura, *bordado*, *broderie*.
38 quasillum, i, n. [-us, i, m.], *costurero*.
digitabulum, i, n., *dedal*, *dé*.
41 monopodium, ii, n., *velador*, *guéridon*.
43 *sacchararium, ii, n., *azucarero*, *sucrerie*.
47 + bisellum, ii, n., *sofá*, *chaise longue*.
48 pulvillus, i, m., *cojín*, *coussin*.
50 batillus, i, m., *paleta*, *pelle*.
51 forceps, ipis, f., *tenazas*, *pincettes*.
55 tripus, ñidis, m., *morillos*, *chenets*.
56 + cinerarium, ii, n., *cenicero*, *garde-cendre*.
54 + ignis umbraculum, i, n., *pantalla*, *écran*.
53 ramentum, i, n., *leña*, *bois*.
59 + arcula, *dactylotheca*, *joyero*.
- II. exēdra, ae, *salón*, *salon*.
1 sigillum, i, n., *estatuita*, *statuette*.
3 vas florale, *maceta*, *vase*.

- 2 conopēum, (-ium), ii, *lambrequín (dosel)*.
 4 ignis umbraculum seu defensor, *parachispas*.
 5 scrinium, ii, n., *escritorio, bufete, bureau*.
 8 taenia, fascia, ae [anulus, i, m.], *abrazadera*.
 7 velipendium, ii, n., *alzapaño, patère*.
 9 palla, ae, *colgadura, draperie*.
 11 testa floralis, *macetero, cache pot*.
 13 *radiaculum, i, n., *pantalla, abat-jour*.
 15 *clavichordium, ii, n., *piano, piano*.
 21 hermae, arum, f. pl., *thorax, acis, m., busto*,
 25 arcisellum, ii, n., *butaca, fauteuil*.
 27 cathedra, ae, *sillón, siège*.
 26 + dorsuale, is, n., [pluteus, i, m.], *respaldo*.
 32 + album, i, n., *album, album*.
 34 (testa) *porcellana, *jarro de porcelana*.
 35 *chartisēca, ae, *cortapapel, coupe-papier*.
 36 + intergeries, ei, f., [valvulae reducibles], *mam-
para, biombo, paravent*.
 38 lychnodus, i, m., *araña, lustre*.
 39 *pirula eléctrica, *bombilla, lampe électrique*.
 40 storea [-ia], ae, *alfombra, tapis*.
 41 + pulsabulum eléctricum, *timbre électrique*.
- III.**
- cenatio, onis, f., *triclinium, ii, n., comedor*.
 1 + laconicum, i, n., *estufa, poèle*.
 ornamentum, i, n., *mueble, meuble*.
 + frigida, orum, n. pl., *fiambres, plats froids*.
 secunda mensa, *tragemata, n. pl., postres*.
 repositorium, ii, n., *anaquel, tablette*.
 13 acetabula, orum [n. pl.], *vinagreras, huilier*.
 acetaria, orum, n. pl., *ensalada, salade*.
 16 *sinapiarium, ii, n., *mostacero, moutardier*.
 21 tectorium, ii, n., *zócalo, boisserie*.
 22 palla, ae, *cortinaje, portière*.
 *cafēum, i, n., *café, café*.
 24 + pocillum, i, m., *taza, tasse*.
 23 abacus, i, m., *aparador, buffet*.
 26 lychnus i, m., *lámpara, suspension*.
 28 mantèle [-tile] is, n., *mantel, nappe*.
 29 mappa, ae, *servilleta, serviette*.
 34 cochleare, aris, n., *ligula, ae, cuñbara, cuillère*.
 35 fuscinula, ae, *tenedor, fourchette*.
 31 [vas] aquarium, *botella para el agua, carafe*.
 39 promus, i, m., *sirviente, camarero, domestique*.
 37 † patīna, ae, *sopera, soupière*.
 † sorbitio, onis, f., *sopa, potage, soupe*.
 ferculum, i, n., *plato, mets*.
- IV.**
- 1 focus, i, m., *bogar, âtre*.
 5 veru †versatile, *asador mecánico, tourne-broche*.
- 9 batillus carbonarius, *pala para el carbón*.
 fumarium, ii, n., *chimenea, chimenée*.
 13 capsula †sulphuraria, fosforera, *caja de cerillas
†sulphuratum, i, n., [†igniarium, *incendicu-
lum], cerilla, alumette*.
 17 *lithanthrax, ācis, m., *carbón de piedra*.
 19 clibānus, i, m., *bornilla, fourneau de cuisine*.
 24 embamma, ātis, n., *salsa, sauce*.
 21 trulla, ae, *cazo, cuillère à pot*.
 22 trua, ae, *espumadera, écumeoire*.
 25 vasa coquinaria, *batería de cocina, baterie de c.*
 26 caccābus, i, m., *cacerola, casserole*.
 28 colum, i, n., *colador, passoire*.
 29 †radula, ae, *rallo, râpe*.
 31 [capis] thearia, tetera, *théière*.
 32 orca olearia, *garrafa, bonbonne à huile*.
 33 loculamentum, i, n., *cajón, tiroir
vas escarium, cubierto, couvert*.
 36 truncus carnarius, *tajo, billot*.
 37 manutergium, ii, n. (linteum, mantele) *toalla*.
 38 infundibulum, i, n., *embudo, entonnoir*.
 41 † taxillus carnarius, *tajadero, planche à hacher*.
 42 pluteus, i, m., *repisa, planche*.
 48 epistomium, ii, n., *grifo, robinet*.
 49 confluviūm (fusorium), ii, n., *verteadero, évier*.
 50 †turna, ae, *cántaro, cruche*.
 51 cupa, ae, *tonel, tonneau*.
 52 fistula, ae, *canilla, cannelle*.
 54 mensae vasa, *vajilla, vaisselle*.
 55 labrum, i, n., *cubeta, grand cuvier*.
 56 ahenum, i, n., *caldero, chaudron*.
 57 pavimentum testaceum, *enladrillado, embaldo-
sado, carrelage*.
 59 authepsa *gasaria, *bornillo de gas*.
 64 [gemellar] *cafearium, *cafetera, cafetièrre*.
 63 mola *cafaria, *molinete de café*.
 62 † fistula gasaria, *mechero de gas, bec de gaz*.
 * quajacum, i, n. (gummi indicum), *caudho*.
 65 pelvis, is, f., *barreño, bassine*.
- V.**
- parum modeste agere, *cometer una indiscreción*.
 † apparatus, us, m., *instalacion, installation*.
 1 labrum, i, n., *bañera, baignoire*.
 3 theca *saponaria, *jalonera, porte savon*.
 5 *pendilinteum, i, n., *portatoalla, porte-serviette*.
 6 tesella, ae, *azulejo*.
 7 lavatio pluvialis, *ducha, douche*.
 8 labellum, i, n., *cubeta, bassin*.

JOSEPHUS M. MIR, C. M. F.

Versio latina opusculi *Licet explicatif des Tableaux Delmas*, editorum licentia prodit: jura proprietatis vindicantur

Somnium Elisabeth

*Regina palmis tempora colligens
Leni labello ridet, ut angelus;
Ad Ferdinandum fert ocellos
Dulcis, et ciet loquelas
Has gratioso: — Roscida sparserat
Aurora lucem, cum mibi somniis
Mulsae columbus visus est: ob!
Sommis sentit adesse vera,
Vel nunc meum cor. Maurica visui
Oblata Alhambra est, cor mibi detegens;
Nidus melos gemmisque dives,
Caelifero exiliens amore.
Questus ephebae deforis edere
Visae, cohors nae plurima, quod daret
Intra gynaecei recessus
Elysii chorus almus oden.
Regale tegmen pingere acu tibi
Versabar, istorum aemula marmorum,
Cum inter virentes frondis umbras
Luce nitescere visus ales.
Saltu buc et illuc cespite trajicit
Ludens; Avel! inquit: melle uti rosmaris,
Praedulce rostrum. Nuntiantis
Capta modis adimi, prehendi
Pulcrum jugalis foederis anulum,
Qui artis supellex splendida maurice,
Cui fata: «posco, candide ales,
Te per eum, mea qui est voluptas.
Densa cave ne fronde tripudians
Perdas meum ob! pignus amabile.»
Mox ecce in altas fertur auras
Pone cor et sequitur: nitenti
Nunquam stupendi luminis undula
Tu splenduisti mi, ut modo, pulchrior,
O fronte centena anule austel
Aequoris ad vada sum secuta*

*Illum, plagas qui praeterit, et pligas;
Ponti sedens ad litora substi
Et lacrimas afflita fudi,
Ex oculis quod abiret ales,
At prob! ut arsit lucidus ilico!
Quod mane sidus nascitur igneum
Visum mori occasu repente.
Aureus occiduos in aestu
Vix lapsus ejus de digito anulus,
Cum flore vernans aspicio insulas
Exinde nasci, delicatas
Aeris ut species et undae.
Fulgens smaragdis aethra meridie,
Fervens pyropis, plena poëtico
Regna halitu praecinxit illa,
Dexter quae Seraphin crearat.
Festiva promens gutture carmina
In sertis flores nexuit alatis
Cura, et meam sincera frontem,
Laetitia vigilem, recinxit.
Iste est columbus, talia qui Dei
Nobis modo fert omnia nuntius:
O sponse dulcis, quam venustam
Depereo, India prodit. Ejal
Jam nunc, Columbe, haec sume monilia;
Naves para mox, aligeras para;
Me scito contentam minutis
Et viola et cyano poliri. —
Haec fata inaures fundit et anulos,
Laeta hisce dextra se nivea exxit,
Ac si suo gemmarum honore
Limina se exuerent superna.
Subridet istis sponsus et irrigat
Ora imbre plorans; et sibi consolans
Gemmias videt prob! pulchriores
Labier Elisabeth ocellis.*

Vertit in Latinum ex Atlantide Verdaguerii poemate
THOMAS VIÑAS, SCH. P.

MERCURIUS

Mercurius Jovis et Majae filius fuit et juxta fabulam in Cyllene, Arcadiae monte, natus. Aetate adulta in Aegyptum profugit, cuius incolas litteras docuit eisque leges condidit. Oppidum quoque exstruxit Hermopolim, quae et Mercurii civitas est vocata.

Mercurius traditur eruditissimus fuisse omni doctrinae genere et artium, unde cognomen accepit Trismegisti (*ter·maximus*), i. e.: rex, philosophus, sacerdos. Hominibus persuasit Solem, post deorum patrem, adorari debere, totumque cultum ordinavit: quapropter et religionis auctor nuncupatur. Nihilominus non pauca crimina ei fabula tribuit, quem furem, immo furorumque magistrum vocat; neque immerito, cum Apollini, inter alia, greges Admeti custodienti boves surripuerit et arma, Marti vero gladium, Veneri autem cinctum, Neptuno tridentem. In malefactis Jovem adjuvabat et plura illius jussu gerebat: Argum, Arestōris filium, intermit fistulae sono sopītum; Promethēum in Caucaso constrictum, Priamum ad Danaorum castra perduxit, cet.

Inventor quoque fuit mercaturae, artium, palaestrae, litterarum, grammaticae, eloquentiae, rhetoricae, agriculturae, astronomiae, magiae artis, fidium seu chordarum, semitarum ac viarum, versus trochaei, cet., quae omnia plurimum ex gruum volatu desumpsisse dicitur.

Jovis praesertim nuntius constitutus atque unus ex duodecim majoribus habitus interpres. Tamquam eloquentiae deus, difficultates solvebat a diis sibi propostas. Jupiter eo utebatur ad inferioribus diis jussa transmittenda; quo autem celerius legationes impleret, alis in pedibus et in capite est suppeditatus. Hae sunt missiones quas sibi commendatas suscepit: ad Aeneam, cui dormienti apparuit, itemque ad Hannibalem, ad Didonem Saturnumque. Per noctem defunctorum umbras in inferos ducebat earumque judicio interesse poterat. Quibus in officiis obeundis plura mirabilia patrabat, ad quae facienda utebatur quadam virga singulari virtute aucta. Praeterea, cum negotia sibi commissa et fidem et vigilantiam et astutiam exigerent, tamquam comites apud se retinebat secumque ferebat arietes, canes, serpentes.

Tradunt scriptores Mercurium in Graecia primum cultum fuisse, deinde in Asia Minore, in Africa, in Hispania, Gallia atque Germania, sed praeципue in Italia. Romani in commerciis cum gentibus mediterraniis in patrocinium istius dei configurerunt, cum hic, apud Graecos, mercaturae praesideret; sic *Hermes* Graecus, Latinus *Mercurius* (quasi mercator) factus est. Romae, prope Circum Maximum in Aventino, Mercurio erectum fuit a. 496 a. Ch. magnificum delubrum; itemque in compitis cultum accepit. Ipsius festum quotannis idibus majis celebrabatur, unde Mercurium *veris deum* quoque nuncuparunt. Ad illius cultum constitutum est collegium sacerdotum Mercurialium, qui ei in sacrificium vitulum, haedum, bovemque offerebant. Non tantum mercatores, sed et piscaiores, et athletae et poëtae, qui se sub ejus tutela esse censebant, cum cultu prosequabantur.

Mercurius effingitur cum alis sive in capite sive in pedibus, tenens altera manu (tamquam mercatorum deus) crumenam, altera vero virgam serpentibus circumsaep tam quae caduceus nominatur. Prope illum gallus apponitur et aries, aliquando mercator cum mercibus atque a latere Argus, absciso capite cernitur. Ori appositam habet fistulam, ab eoque, uti eloquentiae pater, duae catenae auriferae pendent. Interdum ob sagacitatem capite canino depingitur, sed generatim veluti imberbis ac pulcher adulescens. In nummis, et monumentis, quae exstant, alio atque alio modo Mercurii effigies illustratur.

J. M. GIRAL, C. M. F.

De memorandis Dni. Quixoti gestis in processione Virginis Mariae¹

Factum est ut illo anno nubes rorem terrae denegarent, ideoque ubique locorum illius regionis homines fideles, pluviam precantes, processiones gerebant, Deum rogabant, direque sese flagellabant ut Ille fontes misericordiae reseraret; ad hoc vicini pagi gens in sacellum pium, illi valli insidens, piam supplicationem habebant.

Ubi primum miras sese flagellantum vestes Dnus. Quixotus vidit, immemor prorsus se eos saepissime vidisse, mirificum casum arbiteratus est, illumque aggredi sua ipsius equitis peditisque interesse; quod mentis cogitatum maxime confirmavit cum simulacrum vestē lugubri obtectum, praecipuam aestimavit dominam quam illi malefici ac tumultuarii invitam ferebant. Quae cum animo induxisset magno impetu in Roscinantem irruit pascentem, frenum parmamque ex astrāba abstulit, equum confestim effrenavit, a Sanctio gladium petiit, in Roscinante insedit, brachio par- mam aptavit elatāque voce adstantibus dixit: Modo, strenua virorum manus, quanti in orbe terrarum intersit equites esse, qui equestrium ordine fungantur, prorsus videbitis; nunc, inquam, in illa domina liberanda, quam captam defertis, quanti equites piditesque aestimandi sint, videbitis. Quibus dictis, calcibus Roscinantem constrainxit —calcaria enim nunquam adhibuit—, atque incitato cursu —nunquam enim tolutim procedere in hac vera historia memoriae proditum est—, sese flagellantibus obvius fit. Quamquam parochus, canonicus tonsorque eum revocare conati sunt, haud facile fuit, neque voces Sancti clamantis revocarunt: Quo vadis, mi Domine Quixote? quas in pectore colis furias, quae te fidei catholicae infestum faciunt? Animadvertas, quaeso, me miserum!, illam flagellantum esse sacram pom-pam, illamque dominam in ferculo allatam benedictum esse beatissimae Virginis Immaculatae simulacrum: Quid facias, Domine, attendas quaeso, modo, saltē, inscius rei vidēris. Dominus Quixotus adeo in obtectos viros accedere atque opem dominae, funebri veste obtecta, ferre canabatur, ut nihil prorsus audierit, fruſtra Sanctio laborante, et quamvis audiisset, vel rege imperante, minime recessisset.

Instat igitur procedentibus, Roscinantem retinet paulisper quiescendi jam cupidum, atque turbata et rauca voce inclamat: Vos, forte quia nequam ora vultusque

¹ Versio Latina ex Dno. Quixoto, P. I., c. LII, praemio donata in certamine PALAESTRAE I... cfr. n. 90, p. 25.

EDITORIAL

GRAFICAS CLARET

TEXTOS PALAESTRA

Preparados por PP. Misioneros del Corazón de María

1.^o y 2.^o Cursos:

Historiae Sacrae Compendium <i>(2.^a edición)</i>	4 ptas.
Epitome Historiae Graecae <i>(3.^a edición)</i>	5 »
C. Nepotis Vitae Excellentium Imperatorum <i>(en prensa)</i>	
Primer Curso de Lengua Latina	3 »
Segundo Curso de Lengua Latina	5 »
REPETITORIUM	12'50 »
en cartoné	
en tela	15 »

3.^o y 4.^o Cursos:

Ciceronis Epistulae Selectae	3 ptas.
Caesaris de Bello Civili <i>(agotado)</i>	
Ciceronis in Catilinam (I. ^a)	3 »
Ciceronis pro Archia poëta	3 »

5.^o y 6.^o Cursos:

Sallusti de Catilinae Conjuratio	4 ptas.
Vergilii Aeneidos liber II	4 »
Horatii Carmina Selecta <i>(en prensa)</i>	
T. Livii Historiae Selectae	6 »
De Orthographia Latina	3 »
7. ^o CURSO:	
Prudentii Carmina Selecta <i>(agotado)</i>	
Homeri Odyssea <i>(canto 1.^o)</i>	5 ptas.

Edición de sólo texto latino:

Ciceronis Epistulae	1 pta.
Ciceronis in Catilinam (I. ^a)	1 »
Ciceronis pro Archia	1 »
Salusti de Catilinae Conju	
ratiōne	2 ptas.
Virgilii Aeneidos liber II	2 »
T. Livii Historiae Selectae	3 »

Otras obras de la Editorial

Las Maravillas de Fátima	Fonseca, S. J.	8 ptas.
Fátima y el Corazón de María	Ribera, C. M. F.	4 »

Devocionarios del P. Ribera:

Mi Jesús	6 ptas.
Dios conmigo	4 »
Querubín	2'75 »
Ángel de la Infancia	2 »
El Niño Piadoso y la Niña Piadosa	4 »
Ángel de la Juventud	5 »
Mi Primera Comunión	5 »

**¿Desea un Diccionario LATINO-ESPAÑOL
EXACTO, CORRECTO, ELEGANTE, para la versión española?**

Lo encontrará en el DICCIONARIO
del catédratico D. EUSTAQUIO ECHAURI

Contiene una lista muy completa de PRETÉRITOS y
SUPINOS, otra de nombres propios y un Diccionario Español-
Latino. Señala, además, la cantidad de la VOCAL, que es lo
que tiene verdadera importancia.

Forma un tomo de 850 páginas en 8.^º — Ptas. 30 — 5.^a edición

OBRAS DEL MISMO AUTOR:

Crestomatía Latina, para los siete cursos.

Gramática Latina, en dos tomos (obra premiada)

Literatura Latina, (premiada) en prensa la segunda edición.

Todo en:

EDICIONES ATLAS, Ibiza, 29 - Madrid.

FOTOGRAFADO

M. SOLANO

ARIBAU, 9, INTERIOR · TELEFONO, 30255

BARCELONA

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

tegentes, adeste et quae dicam mentibus mandate. Signum portantes primi commo-
rati sunt, atque unus ex quattuor clericis, qui litanias recitabant, insolitum Domini
Quixoti vultum perspiciens respondit: Domine frater, si quid dicere vis, citius
profer, nam hi fratres carnem discindunt, nec possumus nec opportunum est nos,
ut quicquam audiamus, consistere, ni forte duobus verbis dicas. Uno tantum dicam
—respondit Dnus. Quixotus— nimirum: Pulcherrimam hanc dominam, cujus lacri-
mae ac tristis vultus invitam deferi satis ostendunt atque a vobis vexatam, ilico
liberam dimittatis. Nam ego, qui in mundo sum ut has reprimam injurias, illam
ultra procedere non sinam quin ei exoptatam libertatem impertiatis. Quibus dictis,
omnes qui haec audierunt insanum Dnum. Quixotum aestimarunt risumque edide-
runt magnum; quorum risus magnopere furorem iramque Dni. Quixoti
inflammavit; nullo enim dicto verbo, in tensas impetum fecit. Ex his qui tensas
vehebant quidam, sociis pondus remittens, obviam Dno. Quixoto perrexit et palum
seu furculam extulit... in eaque gladii iactum suscepit, quo media infracta est. Ea
autem, quae in manu remansit, parte... Dni. Quixoti umerum adeo percussit ut
totus in terram deficiens procideret.

Prolapsum, ubi vidit Sanctius Pantia, dominum, qui festinanter anhelans pro-
ximus jam aderat, ut ultra non percuteret, confrigenti in clamavit... Sed illum non
Sanctii voces compescuerunt, verum Dni. Quixoti aspectus qui nec pedem nec ma-
num agitabat; atque ideo mortuum credens, tunicam sibi succinxit. atque, ocior
gama, per agros fugae se commendavit...

illis gemitibus et vocibus Sanctii: O equitatus flos!... o decus tui generis!... o
. vir Alejandro liberalior!..., Dnus. Quixotus animum recepit.

Sti. Dominici Calceatensis.

JOSEPHUS CANALS, C. M. F.

BIBLIOGRAPHIA

Diccionario Griego-Español, publi-
cado bajo la dirección de FLORNCIO
I., SEBASTIÁN YARZA, Edit. Sopena.
Provenza, 95 Barcelona, 1945. — Pá-
ginas 1642. — Ptas. 100.

Meritissimum sane opus ab Editrice
Sopena aggressum hodie libenter pae-
oculis habemus. Vestigia atque consilia
climi. Dris. Segalá sequens Dnus. Sebas-
tianus Yarza hoc dictionarium confecit
quod et numero verborum et voluminis
amplitudine omnibus usque adhuc in
Hispania editis praestat. Pleraque opti-
me sunt apteque disposita: quare Edi-
trici Domui et omnibus qui in opere ex-
arando et apparando adlaborarunt toto
animo gratulamur, immo et gratulabun-

tur omnes alumni, qui litteris Graeciis
vacare studuerint.

Auctor in primis aliqua notatu digna
de Dictionari ratione et ordine disserit.
Vocabularium deinde affert in quo ver-
ba, varietatibus dialectorum adornata,
morphologicis etiam formis locupletan-
tur. Index denique additur quo tempora
verborum sive difficulta sive irregularia
accurate notantur Omnia uti alumnus
expeditiore via per se ipse litterarum
Graecarum difficultates solvat Sed non
omnia prorsus placent Vocabula non
separatim notantur, quod, cum aliquatenus
brevitati inservire videatur, magis
tamen utilitati alumnorum obstat, qui
plus temporis, in vocabulis inveniendis

impendeant, necesse est. Verborum distinctio quam optimi auctores sequuntur Bailly, Alexandre, cet., magis pro alumnis arridet. Nec brevitate oberit: haec enim facillime consequi potest, si tamen plurimae formae morphologicae regulares atque irregulares tam flexionis quam conjugationis expungantur. Semper in alumnis quid artis grammaticae desiderandum. Optandum etiam ut vocabula ex affixo et allo verbo conflata notentur, ex gr.: ἐπιστέψω (fut. ἐπιστέψω), coronar, / Estar lleno de / En voz media, llenar hasta los bordes (pág. 548). Rectius: ἐπιστέψω (fut. ἐπιστέψω), trans., coronar / intrans, estar lleno, cubierto de / med., llenar hasta el borde.

Sed haec vere minima. Lexicon hoc maxime alumnis atque magistris commendamus, quibus magnae erit sine dubio utilitati et in litteris classicis adumento. Et utinam fiat quod in votis est: quod Hispanici alumni e manibus tandem extera dictionaria deponere valeant. Spem maximam hoc dictionarium afferat.

Lengua Latina. — Primer Curso por EDELVIVES, págs. 248. Editorial Luis Vives, S. A., Zaragoza. 1945. Ptas. 13.

Editrix Domus EDELVIVES accuratam hodie Linguae Latinae Grammaticam studiosorum oculis objicit. Omnes profecto hujus Domus Editricis libri nobis et utilitati videntur et necessitatibus alumnorum maxime accommodati, quippe qui methodo respondent practicae usu edoctae.

En hujus Grammaticae descriptiōnem. Duas partes complectitur, quarum prior morphologiam Latinam exhibet diligenti cura exaratam. Frequentissimum declinationum tum conjugationum praebet paradigmata, quae, totiens puerorum oculis obversata, in eorum mentibus insigi possint. Sedulo desinentiae atque terminaciones crassioribus typis notantur. Exercitia quoque grammatica inter paradigmata atque regulas interseruntur, quae alumnorum mentes exerceant ulteriusque progredi faciant.

Consilia practica etiam persaepe adduntur eisque notatu digna vel difficiliora praemonentur.

Pars altera versionum complexum offert in partes septem minime longas, divisum, quod quidem ad studium et flexionis et conjugationis et analysis et ipsius versionis maxime confert.

Vocabularium denique additur Latinum Hispanicum quo facilius alumni omnia ad manus habeant, quin illis dictionario opus sit quod puerο moles- tum immo et inutile est.

Haud ingratae imagunculae sunt quibus liber ornatur. Antiquitatem sapient puerorumque oculos feriunt facta vel personas memorantes quae difficulter memoria excident.

Opus maxime commendamus et alios Linguae Latinae libros hoc primo volume dignos fore speramus.

M. RAMOS, C. M. F.

A. Vives, C. M. F. — *Diccionario de bolsillo Latino - Español*. Ed. Cocalsa, Paseo de Rosales, 48, dpdo. Madrid, 1945. ptas. 12.

In litteris ediscendis saepius si libri studentium animum gratiamque consequantur qui utilitate, brevitate, concinnia exornatione ceteris praestant. Quas quidem virtutes in novo lexico Latino perspicere lectores poterunt. Nam vocabulorum sensus presse ac breviter expnnuntur, formae difficiliores atque irregulares sub vocibus notantur, interdum et verborum regimen atque exempla prostant; opuscolum etiam quibusdam decoratur picturis. Mole constat minima; nihilominus typorum perspicuitas facilem atque jucundam reddit lectio- nem. Maximo juvamini futurum arbitramur opus scholasticis qui primis annis Latinitatis vacant, eisque qui ad manus semper lexicon habere volunt. — «Verum in opere longo»... lector, «paucis non offendaris maculis»... quae in proximis editionibus expungentur.

J. TRISTANIUS, C. M. F.

Typographia — F. Camps Calmet. — Teleph. 54. — Tarregae in Prov. Ilerdensi